Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

AD CHORINTHIOS

audio scissuras esse. et ex parte cre
do. Nam oportet hereses esse. ut et
qui probati sint manifesti fiant
in uobis. Conuenientibus autem
uobis iam non est dominicam cenam
manducare. Unusquisque enim suam
cenam prsumit ad manducandum
Et alius quidem esurit. alius autem
ebrius est. Numquid domos non ha
beris ad manducandum. aut bibe
dum. aut ecclesiam dei contemptis
et confundis eos qui non habent
Quid dicam uobis. Laudo uos. nis
non laudo. Ego enim accepi a domino
quod et tradidi uobis. Quoniam
dominus noster ihesus cristus in q
nocte tradebatur accepit panem
et gratias agens fregit et dixit. ac
cipite et manducate. Hoc est corpus
meum quod pro uobis tradetur. Hoc
facite in meam commemorationem.
Similiter et calicem postquam
cenauit dicens. Hic calix nouum
testamentum est in meo sanguine
Hoc facite quocienscumque biberis
in meam commemorationem. Quoti
enscumque enim manducabitis panem
hunc et calicem biberis. mortem
domini annuntiabitis donec uenia
at. Itaque quicumque manducauerit
panem hunc et biberit calicem
domini indigne reus erit corpis
et sanguinis domini. Probet autem
se ipsum homo. et sic de pane illo edat
et de calice bibat. Qui enim mand
ducat et bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit. non diiudi
cans corpus domini. Ideo inter uos
multi infirmi et imbecilles et dorm
iunt multi. Quod si nosmetipsos di
iudicaremus non utique diiudicaremur.
Cum iudicaremur autem a domino
corripimur. ut non cum hoc mundo
dampnemur. Itaque fratres mei cum
conuenitis ad manducandum in mu
cem exspectate. Si quis esurit do
mi manducet. ut non in iudicium
conuenatis. Cetera autem cum uenero
De spiritalibus disponam.
Autem nolo
uos ignorare fratres. Hatic
cum gentes essetis ad simulachra
muta prout ducebamini euntes. Id
notum uobis facio. quod nemo in
spiritu dei loquens dicat. anathema ihe
sum. Et nemo potest dicere. dominum
ihesum nisi in spiritu sancto. Diuisi
ones uero gratiarum sunt. idem autem
spiritus. Et diuisiones ministra
orum sunt. idem autem dominus. Et diui
sones operationum sunt. idem uero deus
qui operatur omnia in omnibus. Um
cuique datur autem manifestatio spiritus
ad utilitatem. Alii quidem per spiritum
datur sermo sapienciae. Alii autem sermo
scienciae secundum eundem spiritum.
Alii fides in eodem spiritu. Alii gratia
sanitatum in uno spiritu. Alii opera
cio uirtutum. Alii prophecia. Alii dis
cretio spirituum. Alii generaa lingua
rum. Alii interpretacio sermonum
Hec autem omnia operatur unus atque
idem spiritus. Dividens singulis p
ut uult. Sicut enim corpus unum est
et membra habet multa. Omnia autem
membra corporis cum sint multa un